



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Selectae Christiani Orbis Deliciae ex Urbibus, Templis,
Bibliothecis, et aliunde**

Sweerts, Pierre François

Coloniae Agrippinae, M. DC. IIX.

Faventina.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69234](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69234)

FAVENTINA.

215

giore spatio antecelleret, dubium semper extitit.
Vixit annos LX.

Alta cadunt vitij, virtutibus infima surgunt.

IMOLAE.

ANDREAE FERRI ossa hic recondi, sat tibi, viator, dixisse; si, vt medicorū optimus, ita & philosophorum primus vndique nomen protulerit, hic inquam, puluis: Nam quod reliquum est in homine diuinitatis, coelo residet. felix iam viue, & vale. XII. Kal. Octob. M. D. XLV.

FAVENTINA.

IN FAVENTIAM IVL. CAES.
SCALIGER.

Pars magna Italia duro discrimine rerum,
Clara Faentino milite sceptrum capit.

Quod meruit decus inuictis Heluetius armis:

Quod conducta ferox Brennus ad arma fuit:

Hoc sumus: hoc fortis meruit vis ignea dextra,

Arbitrio cuius numina regna parant.

AD S. ANTONIVM.

CAROLI TRAVERSARII Canonici Fauent. ac huius Ecclesiae Rectoris: nec non Rotae Su. Palat. Apostolici causarum Notarij: & istius societatis sacratiss. corporis Christi institut. ac benefactoris corpus hic infra iacet; anima vero eius in pace requiescat. Amen.

Vixit annos LX. diuersis & quamplurimis tribulationibus & persecutionibus semper laboras,

O 4 tan-

tandem & eius vitæ finem imposuit, dicens in vltimo clarè & altè, versus infra scriptos.

Inueni portum spes & fortuna valet,

Nil mihi vobiscum; ludite nunc alios.

M. D. XXXXVIII.

ANTE HOSPITALE ORPHANORVM.

Quos parentum paupertas, pudorùe repulsi, pietas huius loci recipit.

IN PALATIO GVBERNATORIS
GVIDONI FERRERIO.

S. R. E. Cardinali amplissimo, totius AEmiliae, & Exarchatus Rauennæ iustissimo atque prudentissimo de latere legato. S. P. Q. F. grati & deuoti animi ergò.

Iustitia & pietate regit. non vincitur auro.

ANTE HORTVM CVMVS DAM
EQVITIS MELITENSIS.

Satis diues, qui non indiget pane. Satis potens, qui non cogitur seruire. Ciuiles curæ procul hinc abite. Sabbas. Cast. Solitarius, seipso còtenuis, hoc securos incolit hortulos. pauper an diues, si cordatus es, cogita: Vale.

VOLATERRAE.

IN S. LINO.

ΑΠΝΟΟΣ ΧΡΙΣΤΟ ΣΕΡ- ΠΝΟΑ
VATORI.

RAPHAELI MAFFAEO Gerardi Maffæi F. doctrina, pietate, ac sanctitate cum quouis anti-